



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ivdicivm Philippi Melanthonis De Controversia Coenae Domini

Melanchthon, Philipp

Ratisponae, 1560

VD16 M 3533

Scholia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29449

SCHOLIA.

(A) CONTRARIAS sententias.) Pium consilium: Vt tranquillæ sint Ecclesiæ, vigeat error: Taceat, aut profligetur etiam Christus.

(B) ALIARVM gentium Ecclesijs.) In quibus scit multos esse Cingianos.

(C) CONSENTIENS forma.) Hoc agitur scz., vt noua conscribatur forma conueniens omnibus, concinnans & inuoluens errores: Vetus forma, Confessio Augustana & articuli Schmalcaldici vel aboleantur, vel corrigantur, vel nouam accipiant interpretationem. Ecquid placet noster Philippus?

(D) MODERATIS consilij.) Secundum hominem, non secundum Christum.

RESPONSIO.

NON difficile, sed periculosum (E) est respondere. Dicam tamen quæ nunc de controuersia illius loci (F) monere possum, & oro filium Dei, vt & consilia, & euentus (G) gubernet. Non dubium est de controuersia Cœnæ, ingentia certamina & bella (H) in toto orbe terrarum secutura esse, quia mundus dat pœnas idolatriæ, & aliorum peccatorum. Ideo petamus, vt filius Dei nos doceat & gubernet.

A ; SCHO-